



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. xii. Q[uod] brutis & insensibilib[us] q[ui]da[m] appetu[n]t co[n]formari:
et q[uan]ta hu[m]anitate cu[m] s[er]uis viue[n]du[m] sit: & de triu[m]
reliquoru[m] sensuu[m] voluptate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

ni vendicat. Captiuitatis nulla maior calamitas est q̄ ad alienā libidinem trahi/viros consulatos illustrat eloquētia/in nomen eternū transfert gloria militaris/triūphosq; noue gētis cōsecrat. Multa sunt q̄ p se clara ingenia nobilitēt: mulierū p̄p̄e virt⁹ pudicitia est. Hieronymus testis est q̄ anteq̄ religio xp̄iana fulgeret in mundo vnicubas semp habuisse inter matronas decus: p̄ illas fortune muliebri sacra fieri solitū: nullū sacerdotē bigamū nullum flaminem bimaritum: ierophantias quoq; atheniensū diutissime cicute sorbitione castrari: & postq̄ in pontificatū fuerint allecti viros esse desinere. In immensū pagina ptenderef: si ea perstrinxero q̄ in hac pte tragici: oratores/comici/satyrici/poete: vt de philosophis: ethicis: & theologis taceā pdiderunt. Sed tamen nec omnes istos arbitror suffecisse ad hanc non dico malitiā delendā aut reprimendā: sed nec ad exponēdā. Si dixerō q̄ multi sunt expti: quia nec melior pedibus filicem que cōcutit atrum q̄ que seruorum vehitur ceruice fironum. Hoc in iniuriā mulierū dictū malicia calūniabiē. Nihil enim melius nichil vtilius muliere pudica: nihil eorū que excogitari possūt/ iocundius his qui continere non possunt aut nolunt. Sed desipientis est ab his laudem sperare: que veniā recti⁹ merent q̄ gloriā. Si tamen bono moderationis fuerint temperata. Alioquin nō venia: sed pena. Sed ignominia vtriusq; libidinis maculā p̄sequitur/nisi forte decor⁹ habend⁹ sit qui i hyrcū trāssformat aut suē.

¶ Q̄ brutis & insensibilibus quidam appetunt conformari: & q̄ta humanitate cum seruis viuendum sit & de trium reliquorū sensuum voluptate. Capitulum. XII.

Mulli itaq; animantiū generi rectius conformatur qui summū bonū vite in gustandi & tangendi voluptate ne dicā luxuriam posuerūt. Ceterū hoc aliorū sensuū luxuriam nō excusat cū manifesta sit humane dignitatis abiectio: si nō hyrcō: aut sui: sed leoni aut pardo: sed p̄there aut satyro: sed pauoni: philomene: aut psitaco: sed cuiq; brutorū aut insensibiliū studeat coequari. Siquidē ad angelicā puritatem rectius aspirabit/ qui i ea creatus est dignitate originis: vt in cumulo vere & eterne beatitudinis p̄fectioni angelice possit esse conformis. Nam & patrum inconcussa sanxit auctoritas quia natura humane mentis solus dñs dignior est & q̄ oīa hec que humanus miratur error vt homini seruiāt ab eo facta sūt/ q̄ hōiem fecit: vt eternitatis beatitudinisq; sue p̄cipem faceret. Quis ergo dñi p̄sidentis nō vilipēdat arbitriū: si seruilē & abie-

Hieronymus.

Policratici de Curialiū nugis.

etā affectat conditionē? Non tamen q̄ seruos dicā habēdos cō-
temptui: nisi seruilibus vitiis viuāt. Sicut enī vera & vnica liber-
tas est seruire virtuti & ipius exercere officia: ita vnica & singu-
laris seruit⁹ est vitiis subiugari. Errat plane quisquis aliūde cō-
ditioni alterutram opinatur accidere. Siquidē oē hoīm gen⁹ in
terris simili ab ortu surgit eisdē constat & aliē elemētis: eūdēq̄
sp̄m ab eodēq̄ p̄ncipio carpit: eodē frui^t celo/eque mori^t: eque
viuit. Vñ & p̄textatus in saturnalibus euangeliū reprimēs: his
vititur argumētis. Serui (inquit) sunt: imo hoīes: serui sunt imo
cōserui. Si cogitaueris tantūdē in vtrosq̄ licere fortune tam tu
illū videre liberū potes / q̄ ille te seruū. Nescis qua etate hecuba
seruire cepit: qua cresus: qua darii m̄r: qua dyogenes: qua pla-
to ip̄e. Postremo quid ita nomē seruitutis horremus? Seru⁹ est
quidē: sed necessitate: sed fortasse libero aīo seru⁹ est. Hoc illi no-
cebit si ostenderis quis non sit. Alius libidini fuit: ali⁹ avaritie:
alius ābitioni: omnes spei: oēs timori. Et certe nulla seruit⁹ tur-
pior q̄ voluptuaria. At nos iugo a fortuna iposito / subiacentem
tanq̄ miserū vilēq̄ calcamus. Quod vero nos nostris ceruicib⁹
inferim⁹ nō patimur reprehēdi. Inuenies inter seruos aliquem
pecunia fortiorē. Inuenies dñm / sp̄e lucri / oscula aliorū seruorū
manibus infigentē. Nō ergo fortuna hoīes estimabo: sed mori-
bus: sibi quisq̄ dat mores: cōditionē casus assignat. Quēadmo-
dū stultus est qui empturus equū nō ip̄m cōspicit: sed stratū ei⁹
ac frenos: sic stult⁹ est qui hoīez aut ex veste / aut ex cōditiōe esti-
mandū putat. Nō est mi euāgele qd̄ amicū tantū ī foro & in cu-
ria queras si diligēter attēderis iuenies & domi. Tu modo uiue
cū seruo demēter / comiter quoq̄ & in sermonē illū & in necessa-
riū nōnūq̄ admitte consiliū. Nā & maiores n̄ri oēm dominis in-
uidiā: oēm seruis cōtumeliā detrahentes: dñz paterfamilias: ser-
uos familiares appellauerunt. Colant ergo poti⁹ te serui tui mi-
hi crede q̄ timeāt. Nectibi parū videat̄ esse qd̄ diis satis est. Nā
qui colitur etiā amat: nec potest amor cū timore misceri. Vñ
enī putas arrogantissimū illud manasse puerbiū quod iactatur
Totidē nobis esse hostes quot seruos? Nō habem⁹ illos hostes
sed facim⁹ / cū in illos supbissimi / cōtumeliosissimi & crudelissi-
mi sumus / & ad rabiē cogunt nos venire delitie: vt quicqd̄ non
ex volūtate m̄derit / irā furorēq̄ puocet. Domi enim nobis ani-
mos induimus tyrānorum / & non q̄tū decet: sed q̄tūlibet exer-
cere volumus in seruos. Nā vt cetera crudelitatis genera prete-
ream: sunt qui dum se mense copiis & auiditate distendunt: cir-

cūstantes seruos mouere labra: nec in hoc quidē vt loquant per
mittūt. Virga murmur omē cōpescitur: & ne fortuita quidem
verberib⁹ excepta sunt Tussis: sternutamētū singultus: magno
malo luitur. Sic fit vt isti de dño loquant: quibus corā dño loqui
nō licet. At illi qb⁹ nō tantū p̄sentibus dñis: sed cū ipis erat ser
mo: quorū os nō cōsuebatur / parati erāt p̄ dño porrigere ceruicē
& periculum iminens in caput suū vertere. In conuiujs loq̄ban
tur: sed in tormentis tacebant. Hec pretextatus. Et de fide suo
rum multa & preclara subiūgit: & que essent in quātauis nobili
tate sanguinis glōsa & cuius imitāda. Nihil enī decorum est
qd nō a virtute profluxerit: & se inuicē turpitudine & vitiū infau
sto ambitu circūscribunt. In hoc autē solo vitiōrū impulsu quisq̄
probabitur: vt eorū se deiiciat & deuoneat seruituti: quib⁹ nat⁹
est imperare: qui ad spectacula confluūt / aut euocāt ad se specta
cula ihonesta: aut se ipos / affectatis nugis / volūt esse spectaculo
insipientū: qm̄ hec lenocinia vanitatis / recte sapiēti placere nō
possūt / oculorū capiunt illecebris. Et licet miti⁹ elidant: corrū
unt tñ a dignitate cōditiōis sue: & ad eā quā diffitent seruilē re
labuntur. Quid ergo aliud faciunt mimi: hystriōes / parasiti: &
huiusmodi monstra hominū nisi q̄ ineptam cōuincunt feliciū
seruitutem? Sed & illi qui oculis capiuntur: licet aurium sensus
purissimus & defecacissimus sit / seruiunt quidem: iugo tñ p̄mū
tur mitiori: si alas nō preualeant vitia. Nam ab olfactu vix ali
quis oīno capitur nisi forte lotofagū viuat. Nō aliqd aduers⁹ cā
tores aut musicos / struo / cū teste quintiliano: valerio: flauiano:
& alijs multis. Socrates etiā in senectute didicerit musicā: cre
dens / si musica deforet sibi / cumulū sapientie defuturū. In ea ta
men nimium occupari / citra philosophicā grauitatē est. Nūqd
enī virū decebit sapientē / p̄sertim q̄ etiā in sexu muliebri turpie
tudinis nō effugit notam? Nā & salustius sepronīā reprehēdit
non quidez q̄ saltare & psallere sed q̄ optime scierit. At enim
psallere & saltare elegātius q̄ necesse est probre. Optime tamē
cantare si citra leuitatem posset haberi plane desiderabile ē. In
omnibus enim que simpliciter expetibilia sunt: quo intensiora
sunt in qualitate boni: eo expetibilia sunt: sed ex adiūctis pos
sunt nonnulla esse suspecta. Lucius sylla vir tanti nominis opti
me cantasse traditur: sed dotem libidinis & crudelitatis nota
perstrinxit. Cathoni quoq̄ visum est bene cantare non serui ho
minis esse. Vnde nimirū marcū senatore non ignobilē / ceciliū
spaciatores & fescēninū vocat: eumq̄ staticulos dare his ver

De socrate q̄
didicit in senec
tute musicā.

De salustio re
phēdēte sem
pronīā q̄ salta
re & psallere
sciebat.

Rephēso lu
cū sille cātaros
ris.
Reprehensio
marci ceciliū
senatoris p̄ ca
thonē de cātu

Policratici de Curialiū nugis.

*Pulchra di-
ctascipionis
saltatores &
mores ac saltā-
di artem.*

De cimbaliis.

*De socratico
simposio.*

*De cicerone/
roscio & esopo
& comēdatiōe
roscij.*

bis ait. Descēdit de canterio: inde staticulos dare: ridicularia fū-
dere. Et alibi. Preterea cantat ubi collibuit: interdū grecos ver-
sus agit/iocos dicit/voces demutat/staticulos dat. Porro illa vo-
luptas aurium grata honestati que virtutis est amica/ aut non
est conscia turpitudinis. Oculorū vero voluptas hystriones itro
duxit & mimos: quod & scipio african⁹ emilian⁹ in oratiōe cō-
tra legem iudiciariā tyberii gracchi nō mediocriter rephendit.
Docent p̄stigias inhonestas/cū cinedulis & sabucca psalterioq;
eunt in ludū hystrionū: discūt cātare que maiores n̄ri ingenuis
p̄bro duci voluerūt. Funt inquā in ludū saltatoriū inter cinedos
x̄gines pueriq; ingenui. Hec cū mihi quisq; narrabat: nō poterā
animū inducere: ea liberos suos nobiles homines docere. S; cū
ductus sum in ludū saltatoriū plus mediussidius in eo ludo vidi
pueris virginibusq; ducentis. In his q; me reipublice maxie mi-
sertum est. Vidi vnū filiū petitoris puerum bullatū non mino-
rem anis duodecim cū crotalis saltare. Croton grece pulsus dici-
tur/& inde cymbala sic dicunt: vel musicū notat instrumentum
qđ in sono vocē ciconie imitat. Nā ip̄a apud egyptios crotalus
appellatur. Crotala quoq; dicunt sonore sperule: que quibusda;
gravis interpositis pro q̄titate sui & specie metalli varios sonos
edūt. Quā saltationem impudicus seruulus honeste saltare nō
posset. Patet ergo q̄to affectu ingemuerit african⁹/q; vidisset
cum crotalis saltare filium petitoris. i. candidati/ quē ne tamen
quide; spes & ratio adipiscendi magistrat⁹ quo tēpore se suosq;
ab omī probro debuit vindicare potuerit coercere/ quo minus
faceret qđ scilicet turpe nō habebatur. Nā & ab eo tēpore q; opti-
mis morib⁹ in vrbe viuebatur/ sc; inter duo bella punica igenui
filii senatorū in ludū saltatoriū cōmeabāt: & illic crotala gestan-
tes saltare discebant/ adeo quidē vt ab heroicis p̄uuiis nequaq;
arcere; saltatori⁹ ludus. Nā & socraticum simposiū ab auctori-
tate philosophorum qui illic conuenerant celebre est & tamen
non defuit qui sub illorum supercilio peteret saltriā intromitti:
vt puella supra naturā mollior: canora dulcedie & saltationis lu-
brico illecebris/ exerceret philosophātes. Ceterū hystriones nō
inter turpes habitos cicero auctor est qui sicut furi⁹ albin⁹ refert
roscio & esopo familiariter vsus est: adeo quidem vt res ratio-
nesq; eorum sua solertia tureretur. Quod tamen ex aliis multis
tum epistolis declaratur. Nam illa oratio celebritati sui innotu-
it/ in q; populū romanū obiurgat: q; rosco agēte tumultuarit Et
quidē constat cū ip̄o hystrione contēdere solitū: vtrū ille sepius

eandem sententiã variis gestib⁹ efficeret: an ipse per eloquentie copiam: sermone diuerso pronunciaret. Que res ad hanc art⁹ sue fiduciam rosciũ abstraxit: vt librũ conscriberet quo eloquentiam cũ hystriõia compararet. Is est rosciũ qui etiã charissim⁹ sylle fuit: & anulo aureo ab eiusdẽ dictatore donatus est. Tanta autẽ g^{ra} fuit & gloria: vt mercedẽ diurnã de publico. M. denarios sine gregalib⁹ solus acciperet. Esopũ q^q ex pari arte ducẽtes sex tertiu⁹ reliquisse cõstat. Sed vtinã si hystriões vidẽtur ob auctoritatem ciceronis: & p^{re}dictorũ heroum in cetũ sapientiu⁹ admittẽdi: eligant⁹ rosceo similes & esopo: qui & si nõ facere qdã tamẽ illi nouerant: vel intelligere libros sciant & amatores sint poti⁹ q⁹ impugnatores litterarũ: quas nemo vnq⁹ sapiẽs aut bon⁹ odio habuit. Ciceronem refert valerius litteras contẽpsisse: & in contẽptu ipso fuisse fontem habundantissimũ litterarũ: ob hoc forte q⁹ studium negociis postponebat. Nã institit eis etiam dum contempsit. Ipseq⁹ contemptus ciceronis multorũ studio studiofior est. Non facile tñ crediderim ad hoc quẽq⁹ impelli posse litteratum vt hystriõiam profiteatur: licet facile inueniant⁹ q⁹ pluri mi: quos non pudet agere & implere sordidũ hystriõnẽ. Gestus siquidẽ exprimit: rerũ utilitate deducta. Fertur beat⁹ Hieronymus tres a mensa clericos exclusisse: quia ipos in compositos vidit: turpe ducens honesto: & graui viro in ei⁹ consortio aliquem incõpositũ inueniri. Et quidẽ hoc laude maiori dignũ est q⁹ si vt ab eis laudaretur admitteret. Licet autẽ aliqua sit oculorum voluptas in talib⁹: vix sine turpitudine exerceri poterit: vel admitti. Est & illa voluptas in viro graui notabilis ex causa luxurie q⁹ ornatum suũ in precio vestiu⁹ aut colore aut forma aut vsu nouitate consistere opinatur. Vt enĩ ait ethicus maltinus tunicis dimissis ambulat: est q⁹ vnguẽ ad obscenũ dimissis vsq⁹ facetus: alter solis lineis brume horrores excludit: & dum oĩa gelu constricta rigent: tenui sudat in siclade & illius delicias etiã bõbicius vrit pãn⁹ aut pmit: hic cepa tunicacior: densatus pellib⁹ & epitogiis: clamidi pẽnulã superducit: & quasi cõglobatus in orbem rotulari q⁹ incedere magis idoneus est. Ille nũc vtitur pẽnula: nunc campestri: id solum agens: vt aliis dissimilis habeatur. Ille tantas exquisiti ornatus affectat mundicias: vt nimio splendore cultus operosi ad sordes videatur accedere. Quicquid enĩ dedecet: & quodãmodo polluit aut potius expellit honestatez: sordidũ est & habendũ in sordibus. Nõ tamẽ arguitur qdã necessitas introducitur: quia non omnes omnia possunt. Et est cui⁹ na

Esopi cõmendatio.

Valeri⁹ de cicerone p⁹ las.

Hieronym⁹ 3 clericos incõpositos.

De nimio vestium ornatu vitando.

Politratici de Curialiu nugis.

¶ In d̄ intēperie
hortēsi de ni-
mio cultu vesti-
um & corpis.

¶ Vers^o lucani.

De platone
habete specu-
lū/et ad quid.

De hijs q̄ vele-
ctatur virib^o/
odoribus/nio-
mio cultu ve-
stiu/ cātilenis
sonis musicis.
rē.

¶ Cōpanē infra
scriptis bruti
aiālib^o. videlz
Leoni. Pantherē.
Panthere.

tura exigit: vnde ali^o oneratur: aut quod oīno ferre nō pōt. Hoc aut philosophia precipit obserrari: vt quisq; in oīb^o fugiat notā: indicens actioni rectitudinē ne sit rephēbilis: sermoni cautelā/ ne sit cōtemptibilis: habitui modestiā: ne sit notabilis. Intemperantiam nāq; nota cōvincit. In hodiernū diem arguif intemperies hortensii/ a quo isti dealbati adhuc dicuntē hortensiani: non q̄ prim^o: sed q̄ p̄cipuus taliū fuerit: adeo vt suffecerit ad notam sui seculi vir utiq; alloquio ex professo mollis: & in prociuctu ponens oēm decorem suū. Fuit enim vestitu ad mūdiciā curiosus & vt bene amictus iret faciem querebat in speculo. Vbi se intuens togam corpori sic applicabat: vt rugas ne forte/ sed industria locatas artifex nodus astringeret/ & sinus ex composito defluēs modū lateris ambiret. Is quondā cum incederet elaboratus ad speciem college de iniuriis diem dixit/ q̄ sibi in angustiis obui^o offēsu fortuito structurā toge destruxerat: & capitale putauit q̄ in humero suo locū ruga mutasset. Nihil tale sapientem decet/ aut virū probū/ imo & matrone honeste/ & virgines nupture facilius & felicius ob dotē forme tantā cultus sui sollicitudinē enubescunt. Mirū itaq; est qua impudentia etatis nostre cultus gestare decoros vix nuribus rapuere mares. Quid ergo q̄ milites quid q̄ clerici? Si quidem hec oīa fallacē meretricis fucū & maliciā imitant. Quid ergo viro cū speculo nisi in eo casu quo illd̄ platonē gestasse testis ē flauian^o: vt videret in eo quantū pegrinatio/ studii feruor/ acumen tēporis/ p̄cessus etatis/ de naturali statu mutasset/ faciei iudicio: que bona & mala fidelissime p̄testatur? Hoc quidē egit: vt seruaret: aut releuaret naturā: ne labore & dieta insueta corrūperetur. Vt aut ad alia transeam^o quis istorū qui dotes brutorū affectat brutus esse dignetur? Aut cui nō prepōderare videbitur si collatā sibi pre illis cōferat rationē? Nunqd̄ viriū amator/ leo vellet esse aut pardus? Dicunt philosophi q̄ lincis aut pāthere odorē animalia ceta sequunt. Istos tamen qui musco & speciebus exoteris placāt olfactū & puocāt velle si possēt non arbitror in pātheram aut lincem transformari. Non utiq; credam q̄ qui satyrū induit satyrus esse velit. Sed nec ipsi qui seipos poliunt: pavonis in se poterūt transformare colores. Concinant hi & potius musice melos pro viribus expleant: nemo eorū philomenā equabit āte psitacū. Nōne ergo idē cens & p̄brosum est hūane celsitudini: si postposita dote sua in q̄ preualet/ ad alienas in quibus superatur aspiret? Verū si moderatio adhibeatur: in his interdū voluptatē sensuuz versari: & sa

pianti non arbitror indecorū. Vt sepe numero dictū est nihil de
 corum est sine modo. Nam & ociari interdum familiare est sa-
 pienti/non tamen vt virtutis exercitiū euanescat: sed quo ma-
 gis vigeat: & quodammodo recreetur. Siquidez lelius & scipio
 illud par amoris insigne sim'lectitabant/ & sicut remissionis eo-
 rum certissim⁹ testis sceuola auctor est ciuilibus fatigati nego-
 ciis pila ludebant. Idem quoq; sceuola alee & calculis interdum
 vacasse traditur: cum bene ac diu iura ciuū: ceremoniasq; deorū
 ordinasset. Vt enim in rebus seriis sceuolam ita in lufibus ho-
 minem agebat quem rerum natura/continui laboris patiētem
 esse non finit. Idq; vidit socrates qui nullam sapiētie partē dici
 habuisse ignotam. Ideoq; non erubuit tunc cum interposita arū
 dine cruribus suis cum paruulis filiolis ludens ab alcipiade ris⁹
 est. Homerus quoq; celestis vates ingenii non aliud sēt it vehe-
 mētissimus achillis manibus canoras fides aptando: nisi vt ea-
 rum militare robur leui pacis studio relaxaret. In sūma hystrio-
 niā saltatoriā: & huiusmōi lenocinia exercere: leuitatis aut tur-
 pitudinis est: sed delectari in eis/nūc ad ocia: nūc ad flagitia ac-
 cedit. Si enī modeste fiat ad recreationē sub ociādi licētia excu-
 satur. Si ad lasciuientis animi voluptatē/cadit in crimē. Hec au-
 tē facillime distinguit: loci: tēporis: modi: psonē: & cause supius
 memorata descriptio: quā forte potest nimis reuoluere lingua
 vbohor: sed eā mēs cauta reuoluere nimis aut cōtinere non po-
 test. Hec est enī fons & origo toti⁹ modestie: sine qua nihil i of-
 ficiis exercef. Ab hac alios alia decere vel dedecere certum est.
 Nā q; turpe bonis seyo titioq; decebit crispinū. Perspicui ergo
 erroris est ad fundamentū fame & glorie psumere vitā in talib⁹
 que aut ociose occupationis sunt/aut flagitiosa negocia. Profe-
 cto sic delinquētū particeps est qui eorū lasciuā exhibet/ & au-
 ctor videt esse luxurie aliene qui eā mauult psequi sūptib⁹ vel
 fauore: q; psequi increpatione adhibita/ & sūptib⁹ denegatis. Si
 quidem abrosius auctor est: quia qui talibus donat: pctm grāde
 cōmittit/hoc enī fouet in eis in quo nequissimi sunt.

¶ De frugalitatis commendatione: & nota quintiliani in sene-
 cam: & quomodo frugaliter possit auaritie suspitio deuitari.

Capitulum. XIII.

Vxuriam persequi videor ad laudē frugalitatis: mi-
 hiq; ab insulsis inepte viuētibus/et indiscreto loquēti-
 bus illud publii clodii subsanādo ingerit: quia fruga-
 litas boni rumoris miseria est. Hi sunt qui dum luxur-

Paoni.
Philomene.
Pitaco.

De scipione et
lelio ludētib⁹
pila.

De sceuola lu-
dēte ad aleas
et calculos.

Excelsē cōmē-
dat socratem.

Cōmēdat ho-
mērum.

Uersus Iuue-
nalis in pnci-
piū satyrę q; in-
cipit. ecce ite p-
crispinus rē.

De hoc. s. lib-
i. ca. viij.